

- 29 *ω* *In ultimo.*
 31 *A* *In primo pede anstrino dua superiores.*
 32 *b* *Una inferior.*
 33 *c* *In secundo uña. Mart.*
 35 *d* *In ultima testa. bina. Mart.*

E. Gemini. F. Cor Leonis. G. Canis minor. H. Caput Hydra. I. Aequator. K. Tropicus estiuus.

Cancrorum genera sunt: Caradi, Astaci, Meætacineę Paguri, Heraclæotici, Leones, Fluvia tiles, &c Plin. *lib. 9. c. 31.* Cammarum seu locustam marinam, Syracusanorum: Fluvialem, Tarantinorum continent nummi. Cancer marinus & rosa Rhodiorum typus: Pagurus veteribus prudentiæ Symbolum fuit; ob quam causam, hujus exuviis, Dianæ caput, in Brutiorum nummis exornatum cernitur. Nos hic cancerum fieri curavimus; qualem apud Guilhelmum de Chuol, Neronis, & Antonini pii numismata Zodiacum habentia proponunt. Similes duos, ara marmorea, Romæ extra portam Ostiensem reperta, cum Hercule clavâ innixo, & sequenti inscriptione, posteris transmittit.

HERCULI
 SANCTISSIMO
 VOTO SVSCEPTO
 C. HERODES
 DE SUA IMPENDIA
 D. D.
 EID. APRIL.
 L. ANTISTIO ET
 CLAUDIO ET NERONE.
 C O S S.

Venetis IX Kal. Sextilis præsepe oritur, occiditque vesperti, VII Kal. ejusdem Prisco sæculo Alexandriae prid. Kal.